

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

hostibus. Vt patet Exod. 17. v. 13. Num. 21. v. 3. & 34. Num. 31. v. 7. Deut. 3. v. 3. Et toto libro Iosue. Victoria illa à Deo fuit. Is sæpius hostes fudit fugauitque suo tantum gladio diuino, id est, miraculose. Vt cum per grandinem debellauit Amorrhæos Jos. 10. vers. 11. & similibus aliis multis modis.

Loc vs. Spiritualiter semper Dominus id beneficii præstat suis electis, vt victores euadant debellatis hostibus crudelissimis, Satana, inferno, peccato, &c.

Ipse primum debellauit hos Os. 13. v. 14. Deinde nobis arma subministravit, Ephes. 6. vers. 14. Pugnat pro nobis. Et victoriam nobis largitur. 1. Cor. 15. v. 57. 1. Joh. 2. v. 13. & 4. vers. 4. Consolatio est hæc maxima. Admonitio simul, vt grati simus.

F I N I S.

T H E M A X V I.

Ios. 23. & 1. Reg. 2.

Ecce ingredior viam vniuersa carnis.

Dispositionem horum Thematum, vide supra in parte 1. P. Tomptuarii huius, Classe 1. Num. 5. pag. 18.

T H E M A X V I I.

Iudic. 5. v. 31.

Qui diligunt te (Domine) sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent.

D I S P O S I T I O.

Epiphonema hoc est adiectum in fine istius carminis, quod decantatum fuit à Debora Prophetissa, post deictum Sifferam, Ducem exercitus Regis Chananæi Jabin, qui afflixerat Israelitas annis viginti.

Periit autem Siffera, (qui contra Israelitas non gentos currus falcatos eduxerat) per manum Israelis vxoris Heber, quæ ipsius tempora clauo transfidgens, caput terræ